

dra gestima medullis infusa febris corpus inuasit exhaustū; & sine vlla requie qđ dictū quoq; in
 cre dibile est: sic infelicitā mēbra depasta est: vt ossibus vix hærere. Interim parabant exequiā:
 & vitalis animā calor toto frigescente iam corpore: in solo tantū tepente pectusculo palpitabat
 Cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis ptahor: vbi tantū luminis erat: & tantū ex cir-
 cūstantiū claritate fulgoris: vt p̄ictus in terrā sursum aspicerē nō auderem. Interrogatus de cō-
 ditione: Christianū me esse respondi. Et ille qui praesidebat: Mentiris ait: Ciceronianus es: non
 christianus. Vbi enī est thesaurus tuus: ibi & cor tuū. Illico obmutui: & inter verbera quibus me
 cedi iusserat: cōscientiā magis igne torquebar: illum mecum versiculū repetens: in inferno autē
 quis cōfitebit tibi? Clamare autē coepi: & eiulans dicere: Miserere mei dñe: miserere mei. Hæc
 vox inter flagella resonabat. Tandem ad praesidentis genua puolui: qui astabant: praecabant:
 vt veniā tribueret adolescentiā: & errori locum p̄nitentiā cōmodaret: exaucturus dein de cruce
 ciatū: si gentiliū litteras: libros aliquando legissem. Ego qui in tanto cōstrictus articulo vellem
 etiam maiora p̄mittere: deierare coepi: & nomen eius obtestans dicere: Dñe: si vnq; habuero co-
 dices saeculares: si legero: te negaui. In hæc sacramēti verba dimissus reuertor ad superos: & mi-
 rantibus cunctis oculos aperui: tanto lachrymarū imbre perusos: vt etiā incredulis si dem faces-
 rem ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat: aut vana somnia: qbus saepe deludimur. Testis est tri-
 bunal illud ante qđ iacui. Iudiciū testis est: qđ timui: Ita mihi nunq; cōtingat talem incidere quæ-
 stionem. Liuoribus habuisse me plenas scapulas: plagas sensisse per somniū: & tanto dehinc stu-
 dio diuina legisse: q̄to mortalia ante perlegerē. Idem igit Hieronymus qđ prater miseramus:
 dum in Romana adhuc esset vrbes: os Damasi papæ: & sacre Bibliothecæ scrutator: diuinog; as-
 fertor voluminū: dum per triēnium cōtinuū carus: acceptusq; popularibus veneraret: omniūq;
 iudicio pontificatu dignus decerneret: ordinatusq; a praefato papa presbyter. Cardinalis: vt su-
 perius scriptū est fuisse: quidā ex clericog; monachog; ordinibus p̄petulantia: ingluuicq; dis-
 scurfantes: ad effugandū de vrbe eundē Hieronymū: qui vtrorūq; eog; scribens vitia eos depre-
 henderat: insidias parauerūt. Verum eniuero hunc ego foelicē dixerim: huius fugæ euentū cor-
 rigentis Christi iudicio potius dispensatū: q̄ prauog; hominū p̄secutiōibus paratū fore existi-
 mo. s. in Romana ecclesia Peri instituta rigimine: omniū veteris testamenti librog; Christo deo-
 volente & Hieronymo spiritali studio defudante: hebraicā quoq; habere veritatē: & graecorū
 quorundā leuitas: quæ sibi a deo omnes scripturas diuinitus inspiratas accepisse plaudebat: eos
 habere: qđ ipa non habet: recognoscat. Igit Hieronymus vt iam dictum est Roma egressus: ad
 orientē tendens p̄fectus est ad Gregoriū Naçiāgenū Constantinopolitanæ vrbs ep̄m: vbi ita p̄f-
 cere studuit vt sanctarū scripturarū studijs erudiret: & supplex docilisq; discipulus ad h̄t præce-
 ptorem: eumq; in Constantinopolitana vrbe obseruabat. Hoc discipulatu Hieronymus peracto
 in Syriam perrexit: & dum in possessione Euagrii presbyteri moraret: Malchum monachū ali-
 quando captiuū repperit: percōtatusq; eum omnē eius captiuitatis didicit historiā: quā postea
 edidit: scriptaq; Romanis fidelibus misit: hæc in istius historiæ inserens p̄logo. Scribere inquit
 disposui: si tū deus vitam dederit: & si vituperatores mei saltem fugientem me: & clausum perse-
 qui desierint. Ad deserta deinde loca: ad quæ olim ob agendā inibi p̄nitentiā p̄perare cupie-
 bat: ita lætus accinctusq; accessit: vt volasse eum magis: q̄ melle credere. Quomodo vero per
 quadriēniū cōtinue Christi potius auxilio p̄nituerit: idem Hieronymus: quæ sponte pertule-
 rit: ipsius dei gratiā affuisse huiusmodi verbis indicauit: quotiens in eremo cōstitutus in illa vā-
 sta solitudine quæ exusta solis ardoribus horridum monachis praestabat habitaculū. Putaui me
 inquit Romanis interesse delitijs. Sedebā solus quia amaritudine repletus eram: horrebant fac-
 co mēbra: deformis & squalida cutis sitū æthiopicæ carnis obdlexerat: quotidie lachrymarū: quo-
 tidie gemitus. Et siquādo repugnantē somnus iminens oppressisset: nuda humo vix ossa hærere
 collidebā. De cibis vero & potu taceo: cum etiā languētes monachi aqua frigida vtant: & co-
 ctum aliquid accepisse: luxuria sit. Ille igit ego qui ob gehēnā metū tali me carcere ipse dānaue-
 ram: scorpionū tantū socius & ferarū saepe choris intererā puellarū. Pallebāt ora ieiunij: & mens
 desiderijs aestuabat. In frigidō corpore & ante hominē suū iam carne præmorta sola libidinū
 incendia bulliebant. Ita q̄ omni auxilio destitutus ad Iesu facebā pedes: rigabā lachrymis: crine
 tergebam: & repugnantē carnem hebdomadarū inedia subiugabā: non depudescō infelicitatis
 meæ: quin potius plango nō esse: quod fuerim. Memini me clamantē diem crebro iūxisse cum
 nocte. Nec prius a pectoris cessasse verberibus: q̄ dño increpante rediret trāquillitas. Ipam quo-
 q; cellulā meā quasi cogitationū mearū cōsciam pertimescebā: Et mihi met iratus: & rigidus: so-
 lus deserta penetrabā. Sicubi cōcaua vallū: aspera montū: v̄rupiū prærupta cernebā: ibi meæ